



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Ex Decretal. tit. de verb. signifi. c. 26. Quaerenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

*additione, diminutione, mutatione, falsa compositio  
ne, interpretatione, & male detorta allegatione, que  
nos copiosè docimus lib. 2. de causis unde hereses  
oriuntur, quæ non sunt presentis breuitatis.*

*Iam in catholicis libris falsandis gradus ob  
seruandi sunt: nam grauissime peccant qui Canonica  
scripturas ueteris aut noni Testamenti falsant  
equè peccant qui Catholicorum Scriptorū, id est sanctorum  
Patrum libros & tractatus deprauant, tam  
meti & hi etiam ingens scelus commitant: minus  
vero illi delinquent, qui non deprauant libros ad re  
ligionem spectantes, sed alios. Illorum certe severa  
animaduersione digna est audacia, et pernicioſa ma  
litia, qui libris hereticorum, nomina & titulos ca  
tholicorum aut virorum sanctorum imponunt, vt  
sanam & catholicam credantur habere doctrinam:  
quod mendacium aptissimum est ad decipiendum in  
cautos, & ad heresies introducendas. Hac omnia di  
ligenter sunt consideranda, vt pro modo culpa &  
digna pena delinquentibus infligatur.*

#### Ex Decret. tit. de testib. & attest.

*Gregorius. IX:*

*Iterum examinandus est testis, qui obscure depo  
suit, supple tu, ex iudicis officio.*

#### C A P. LIII.

*¶ De hac ma  
teria Eym.  
3. qd. 62. &  
ibi dixi.*

**G**VM clarmor validus cōtra Achærontin.  
Archiepiscopū super simonia, & alijs  
criminib. ascēdit, Melfiten. & Rubē.  
Episcopis dedimus in mandatis, ut super his dili  
genter veritatem inquirent: & infra Verum  
quia apertis attestacionibus L. & G. super simo  
nia ita deposita confusè, quod ex dictis eorum  
non potest veritas declarari: Mandamus, quate  
nus examinetis eos iterum diligenter: & tam eo  
rum, quam aliorum quos receperitis, testificata  
sub sigillis vestris, nobis fideliter referatis.

#### Ex decretalibus tit. de uerbor. significatio.

*Innocentius III. Priori sancti Fri  
diani Lucan.*

*Appellatione Ecclesiastice censuræ comprehen  
ditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.*

#### C A P. XX.

**S**VÆRENTI quid per censuram eccl  
esiasticam debeat intelligi, cum huius  
modi clausulan in nostris litteris appo  
nimus: Respondemus, quod per eam  
non solum interdicti, sed suspensionis & excom  
municationis sententia valet intelligi: nisi iudex  
discretus (terum & perlonarum circumstantijs  
indagatis) ferat quam magis viderit expedire.

A Ex Clementinis tit. de verbo signif.

*Clemens V. in Concilio Viennen.*

Determinat & declarat quid significent, hec uer  
ba inserta in iudicialibus commissionibus, que sunt  
a Principe, vel a iure: scilicet, quod procedatur sim  
plicer & de plano, & sine strepitu & figura iu  
dicij. Ioan. And.

#### C A P. II.

**S**ÆPE contingit, quod causas committi  
mus, & in earum aliquib. simpliciter &  
de plano, ac sine strepitu & figura iudi  
cij procedi mandamus: de quorum significatio  
ne verborum, a multis contenditur, & qualiter  
procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitatio  
nem huiusmodi (quantum nobis est possibile) de  
cidere cu pientes, hac in perpetuum valitudo co  
stitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam  
cōmittimus, necessario libellū nō exigat, litis con  
testationem nō postule, tenore euam fieri  
ob necessitates hominum indultarum a iure, pro  
cedere valeat, amputet dilationum materiā, si  
quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones,  
appellations & iurgia, taliūq; superflua mul  
titudinem refrenando. Non sic tamen iudex litē  
abbreuiet, quin probationes necessariae & defen  
siones legitimē admittantur. Citationem vero ac  
præstationē iuramenti de calumnia vel maliā,  
sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, p  
commissionem huiusmodi intelligimus non ex  
cludi. Verum quia iuxta petitionis formā pronū  
tatio sequi debet pro parte agentis, & etiam rei,  
si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio pe  
titio facienda, sive in scriptis, sive verbo: actis ta  
men continuo (ut super quibus positiones & arti  
culi formati debeat, possit haberi plenior certi  
tudo, & vt sit diffinitio clarius) inferenda. Et quia  
positiones ad faciliorē expeditionem litū pro  
pter partium cōfessiones & articulos ad clariorē  
probationem vsls longāvus in causis admisit:  
Nos vsls huiusmodi obseruari volentes, statui  
mus, vt iudex sic deputatus a nobis (nisi aliud de  
partium voluntate procedat) ad dandum simul  
utrisque terminum dare possit, & ad exhibendū  
omnia acta & munimenta, quibus partes vti u  
lunt in causa, post dationem articulorum, diem  
certam quādumque sibi videbitur, valeat assi  
gnare; eo saluo, quod vbi remissionem fieri con  
tingeret pro testibus producendis, possint etiam  
instrumenta produci, assignatione huiusmodi nō  
obstante. Interrogabit etiam partes sive ad ea  
cum instantiam, sive ex officio, vbi cunque hoc  
æquitas suadebit. Sententiam vero diffinituam  
(citatis ad id, licet non peremptorie, partibus )  
io scriptis, & (prout magis sibi placuerit) stans  
uel sedens n proferat: etiam (si ei videbitur) con  
clusione nō facta, prout ex petitione & probatio  
ne, & alijs actitatis in causa fuerit faciendū; Quæ  
omnia

*Edic  
Dom.*

*La Cœl  
general L  
terrand. &c.*

*Lec. 16.*

*Gen. 12.*